



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 1. Sessio Concilii decima nona, ac tertia sub Pio IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)



Adventus Francie Oratorum ad Concil. Frid.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER CLIX.



PIUS IV. PONTIF. MAXIMUS,
FERD. I. OCC. IMP.

S. I.

*Sessio Concilii decima nona, ac tertia
sub Pio IV.*

Decima nona Concilii Sessio, quæ sub **Sæcul. XVI.**
Pio IV. tertia erat, consuetis sole- **A.C. 1562.**
mnis die decima quarta Maji ce- **Labb. Collect.**
lebrabatur, ubi rem divinam festivo ritu **Conc. p. 845.**
Hist. Eccles. Tom. XLV, **A** per-

Sæcul. XVI. peragebat Joannes Hieronymus Trevi-
A.C. 1562. fanus Patriarcha Venetus, sermonem
 vero habebat Joannes Beroaldus Aga-
 thensis Episcopus, quibus peractis, pre-
 cibusque de more persolutis Synodi Se-
 cretarius mandata, ac demandatæ fa-
 cultatis literas prælegebat juxta ordi-
 nem, quo Oratores ad Congregationes
 recipiebantur: unde præprimis diplo-
 mata recitabantur Francisci Ferdi-
 nandî Avali Piscarii Marchionis, & po-
 stea Joannis Strozzi, quorum prior
 Regis Catholici, alter vero Cosmæ Flo-
 rentiæ Ducis Orator erat. His perle-
 ctis sequebatur Andreas Dudithius E-
 piscopus, & Joannes Colosvarinus Ca-
 nadiensis Præsul ejusdem socius, ambo
 ab Hungariæ Clero deputati, ac deni-
 que Nicolaus de Ponte Doctor, & Mat-
 thæus Dandalus Equites, ac Venetæ
 Reipublicæ Oratores, quorum omnium
 mandata, ac facultatum literæ reci-
 tabantur, eorumque orationes, ac rece-
 ptionis solemnia inserta leguntur in
 Concilii actis: demum Synodi Promo-
 tor paucis verbis grates rependebat o-
 mnibus Principibus, quorum Oratores
 erant præsentis, quod sua obsequia, ac
 patrocinium offerre, omnesque suas vi-
 res pro conservanda libertate, ac Syno-
 di securitate polliceri voluerint.